

# Mythologia, Venise, 1567 - X [09-10] : De Hebe

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X**

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[09-10\] : De Hebe](#) est une version augmentée de ce document

---

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre II**

[Mythologia, Venise, 1567 - II, 05 : De Hebe](#) a pour résumé ce document

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X**

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[09-10\] : Hébé](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X**

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[09-10\] : Hébé](#) est une transformation de ce document

---

## Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination291v°

## Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Hébé](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024



## Mythologiæ

aera plurimum conferre ad mores singulorum, & ad rerum omnium ortū.

### *De Urbe Physicè.*

**HEBE** igitur merito nata esse dicitur è Iunone, quia omnia cum aëris temperie pubescunt. Hæc ideo soror est Martis, quia propter fertilitatem regionum, vbertatemque & opulentiam prouinciarum bella plerunque nascuntur: cum nemo propè de loco sterili dimicare soleat. Atque hæc de aëris vi & actione. At Ethicè.

Fuit illa remota à poculis ministrandis Ioui, quia gratia principum est inconstantissima, omniq; vel minima de causa aliquando amittitur; quibus haud idem semper, sed aliud aliis temporibus placet, ac pulchrum apparet. Id enim per Hebes res gestas significare volebant.

### *De Vulcano Physicè.*

**VULCANVS** verò ex aere natus dicitur, quia extenuatus aer conuertitur in ignem; atque sic mutuas elementorū mutationes per huius fabulam significabant. Cum vero ignis esset in materia, deformis esse dicebatur & impurus, quare deiectus est à Iunone, & à Thetide Nymphisque marinis exceptus educandus; ex iis enim natura fulminis, & coelestium ignium, qui fiunt in nubibus, procreatur. Atque dictus est fulmina Ioui fabricasse, quia vapor ille, è quo eliduntur fulmina, per calorem extollitur & gignitur. Sic enim Meteorologica per hanc fabulam docebant. Idem cum Mineruam cuperet semen in terram deiecit, quia non purus, ac turbulentus in materia calor rerum omnium ortum adiuvat. At nunc Ethicè.

Vulcanus ligauit Martem ac Venerem in rete, nempe claudus celerè, & inuolidus fortissimum bellorum Deum; quia nullæ vires iniquum hominem possunt à iusta vindicta Dei protegere. Quare per hæc etiam homines horrabantur ad integritatem & ad innocentiam; & ab omni turpitudine reuocabant.

### *De Marte Physicè.*

**MARTEM** nonnulli Solem esse voluerunt, qui cum Venere coniunctus superueniente Vulcano præcipuè, nihil procreat. Per hæc & vitam & ortum animalium in qualitatatum elementorum symmetria consistere demonstrarunt; quippe cum per Martem litigium, per Venerem amicitiam significarent. Per Vulcanum exuperantem aliquā qualitatem. Nihil enim ex vna tantum qualitate elementorum nascitur, neq; ex similibus, sed ex his tēperatis & modicè inter se permixtis. At Ethicè.

Mars nascitur è Iunone opolentia Dea, quod ex opibus omnis est contentio, cum aliquando causæ alix iniuriarum palam à principibus fingantur. Nutritus fuit apud barbaras nationes à Thero nutrice, quæ feritas est, quia belluarum magis quàm hominum proprium sit armis dimicare, quæ sibi inuicem ratione persuadere non possunt; cum lex hominū regina sola esse debeat, quod honorificentissimum telum sit innocentia & æquitas.

De